Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36527
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

iudicum gesta esse memorantur que in eo scripta sunt. 9
At contra latini pro eo quod genus regis dauid re
texit adortum ex cade moabitidis ruth ad corpus
libri regnorum ueracius eum pertinere contendunt.
Regum liber quamquam apud latinos propter pluralitatem sui
in IIII. partibus discretus. apud hebreos tamen in duobus
libris diuisus est. quorum primum samuel scribit arcam domini
a iudeis transisse ad gentes. heli quoque sacerdotium
in samuel mystice fuisse translatum. et in dauid
saulis regis imperium. Malachim uero regis iude
et israhelitice gentis gestaque eorum per ordinem digerit tem
porum. ipsum quoque israhel ob errorem ydolatrie narrat
in assyriis transmigratum. ad extremum edocet uenis
se nabuchodonosor in hierusalem. captiuumque duxisse
principem ac populum. et subuertisse urbem et tem
plum. Paralypomenon apud hebreos sub uno
libri uolumine continetur appellaturque ab eis da
breiamyn idem uerba dierum. apud nos autem propter
pluralitatem sui in duabus decisus est partibus. Hic
est autem ordinem generationum et temporum continens.
in qua scilicet non parua sacrarum scripturarum
eruditio continetur. nam queque hystoria uete
ris testamenti in locis suis aut omnino omissa
est. aut fortasse non plene digesta. in isto summatim
ac breuiter explicata est. cuius quidem series est latte
re legis siue regnorum adiuncti procedit pertin
ens ad illud usque tempus quo et regnorum textus
finitur. Iob liber continet eiusdem sancti uiri
dampna. funera uel flagella et contumeliosa con